



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joan. Henrici Meibomii De Cervisiis potibusque &  
ebriaminibus extra vinum aliis Commentarijs**

**Meibom, Johann Heinrich**

**Helmestadii, 1668**

Capvt Qvintvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10160**

vulgus notum, quo in decoctionibus pectori dicatis, frequenter utimur. Erasmus in Adagiis, in proverbio, Crotone salubrior, habet ἐν δίζυθοις, sive hæc in codice ejus fuerit lectio, sive ipse eam ita interpolavit. Vult autem δίζυθον duplicem illum esse Zythum, de quo jam dixi. Andr. 25 Alciatus Parerg. lib. x. cap. xv. rem in medio relinquit. Mihi non minus aqua hic hæret. Zythum tamen duplicem hic non intelligi, aut zizypha, fructum pectori amicum, satis evincit vox περιήφα. Neque enim Palladas ait, se ζιζυφθα febricitanti exhibuisse, aut duplicem Zythum bibendum dedisse; (neque etiam alterutro febrem, de cujus antidoto agit, abigere potuisset) sed δίζυθον (quicquid etiam per hoc intelligat, aut quid monstri hæc vox alat) febricitanti circumligasse, tanquam περιάμμα aut περιπιδόν aliquod febrifugum. Atque eam sententiam etiam placuisse Demetrio Chalcondyli, notat Alciatus dicto loco. Sed addo versionem epigrammatis Latio à nobis donatam.

*Non ratione caret, dizyphis ego quod medicam vim*

*Dixi esse, unde & heri dizypha in hepialo*

*Quartana dudum oppresso circum ipse ligavi,*

*Et subito sanus, ut Croto, convaluit.*

Ἐν ἠπιάλω autem in his versibus, est, in primo insultu paroxyismi febrilis, sive in rigore. Docet enim Hesychius, ἠπιάλων esse rigorem qui febrem præcedat. Verba sunt. ἠπιάλος, ῥίγος ἐξ πυρέσης. ἠπιάλων, ῥίγων ἰὸ γὰρ ἐξ ἰσ πυρετῆ ῥίγος ἠπιάλος φασίν. Alia est epiala, ex pituitosarum genere febris: de qua medicorum libri consulendi. Nos pergitur.

## CAPVT QVINTVM.

### SUMMARIA.

1. Aristotelis liber ἐπὶ μέθης. 2. Athenæus laudatus.
3. πῖνον, potus ex hordeo. 4. ἀπὸ ἰσ πίνων dictus. 5. vel ἀπὸ τῶν



τῶν πίνων. 6. Bier a nomen an veteribus notum aut notatum.  
 7. Barthii sententia. 8. pro πίνω apud Aristotelem πίνον le-  
 gentis. 9. Pivvo, Polonorum. 10. πίνω ebrii supini in dor-  
 sum cadunt. 11. Aristoteles emendatur. 12. vino poti in o-  
 mnem partem prolabantur. 13. vinum καρβαεικόν. 14. po-  
 tus ex hordeo καρτωικός. 15. Sententia & laus Fr. Bonamici.  
 16. Etiam potus hordeaceus καρβαεικός. 17. & vinum κα-  
 ρωτικόν. 18. Polyphemi ex vino ebrū prolapsus.

- 1 **P**Rinceps Philosophorum Aristoteles librum inter alia  
 conscripsit *Ἐὶ μέγης*, sive *de Temulentia*, qui tamen  
 injuria temporis ad nostram notitiam non pervenit. Titu-  
 lum tantum & fragmentum ex eo quoddam nobis conser-
- 2 vavit Athenæus: quem quotiens in manus sumo, infelicia  
 tatem deploro tot elegantium scriptorum, quorum tantum  
 reliquias ille habet, & velut ruta cæsa. Refert autem lib. x.  
 Aristotelem in jam dicto libro οἶνον ἀπὸ καρβῆος, sive *potum*
- 3 *ex hordeo*, appellasse πίνον. Locum integrum, & verba huc  
 facientia mox adscribam & explicabo, de nomine ipso & e-  
 ius etymo primum visurus. Adrianus Junius Animadvers.
- 4 lib. II. cap. XII. dictum putat πίνον, vel à communi *bibendi*  
 vocabulo, nempe ἀπὸ τῆς πίειας in quo ipsi adstipulatur Phil.
- 5 Cluverius German. antiq. lib. I. cap. XVII. vel ἀπὸ τῶν πίνων,  
 sive *sordibus faculentis*. Plurimas enim has hordeacei triti-  
 ceive potus habent, & per subsidentiam ad fundum depo-  
 nant. Ut etiam Arnobium respexisse autumem, quando
- 6 lib. III. *Semeleium*, sive Bacchum, *feculenta hilaritatis*  
 vocat *datorem*. Barthius verò noster Advers. lib. XI. cap.  
 XXXII. miratur, qui factum, quod auctores veteres, quum  
 potuum Germanicorum & Gallicorum sæpe meminerint,  
 nomen tamen eius proprium, *bieram*, non expresserint.  
 Factum autem id credit sane; verum barbaram vocem de-  
 scribentium inscitia apud Græcos Latinosque scriptores fu-  
 isse



esse depravatam. Itaque eoque labi ait, ut pro πίνω apud A. 7  
 ristotelem πῖρον reponendum, & *bieram*, sive *biram* per  
 id intelligendum censeat: quod Abrah. Wernerus etiam  
 facit Orat. de Cervis. Sed in medio hoc nunc relinquo,  
 plura in progressu ea de re dicturus. Anton. Sneidergerus 8  
 in Amethysto, ab Aristotelis hoc πίνω Polonos autumat  
 deduxisse suum πινυο, quo nomine cervisiam etiam ho- 9  
 die appellant: quod tamen Phil. Cluverius German. antiq.  
 lib. 1. cap. xvii. potius deducit à *piti*, seu *picz*, quod iis-  
 dem Polonis *bibere* significat. Cœterum Aristoteles pecus 10  
 liare hoc τὸ πίνω, immò cujusvis potus hordeacei ligurito-  
 ribus esse voluit, quod ipso inebriati non nisi εἰς τὰ νῶτα κα-  
 ταπίπῳσι, in tergum & supini concidant. Verba ex Athe-  
 nœo sunt ista: Πλήϊ ἴδιον πσυμβάινει ὡς τὰς τῶν χειρῶν, τὸ  
 καλῶμενον πίνον. Ἐσπίδῳ γὰρ τῶν λοιπῶν ἰε χεῖ μεθυστικῶν, οἱ μεθυ-  
 σδιντες ἐπὶ πάντα τὰ μέρη πίπῳσι. καὶ γὰρ ἐπὶ τὰ ἀεστερά καὶ δε-  
 ξιά, καὶ πρηνεῖς, καὶ ὑπτιοί. μόνοι δὲ τῷ πίνω μεθυσθέντες εἰς τὰ πίσω  
 ὑπτιοὶ κλίνονται. At peculiare quippiam contingit vino ex hor-  
 deo confecto, quod πίνον vocant. Reliquis enim potionum ges-  
 neribus, quæ inebriant, temulenti in omnem partem labun-  
 tur, dextram, sinistram, proni, supini: at pino poti, supini  
 tantum, & in posteriora inclinantur. Ubi tamen in princi- 11  
 pio mendum occurrit in verbis Philosophi, quod emacula,  
 & lege: περὶ τὸν τῶν χειρῶν (scilicet οἶνον, de hoc enim lo-  
 quutus fuit) τὸν καλῶμενον πίνον. Eadem vero ex Aristotele,  
 paucis tantum mutatis, ac tacito auctoris loco, additaque  
 rei causa, retulerat Breviator Athenæi lib. 1. in fine. Ἀε-  
 σπέλης δὲ φησί, ὅτε οἱ μὲν ἀπ' οἴνου μεθυσθέντες ἐπὶ πρόσω-  
 πον φέρονται. οἱ δὲ τὸν κελθινὸν πεπωκότες ἐξυπιάζονται τὴν κεφα-  
 λήν. Ὁ μὲν γὰρ οἶνος καρθαεικὸς, ὁ δὲ κελθινὸς καρωτικὸς. Aristo-  
 teles scribit, eos qui vino temulenti sunt, in faciem pronos  
 vergere; qui vero hordeaceum bibunt, in caput resupinari;

D

quia



quia, ut nimio vino caput gravatur: sic potu hordeaceo vetera  
 12 nosum fit & somnolentum. Videtur nempe hoc velle Philo-  
 sophus, eos qui vino appoti sunt probe, in omnem partem  
 labi, dextram, sinistram, pronos supinosque: at vino ex  
 hordeo ebrios tantum supinos concidere: vel vino madi-  
 dos tantum pronos, hordeaceo potu largius invitatos in  
 13 dorsum procumbere & supinos. Posterioris assertionis  
 causam putat esse, quod vinum sit *ναγν* Cap. xdv, & caput va-  
 poribus repleat, qui id gravent & veluti βαρει leu pondere  
 14 deorsum impellant, ut proni concidant: *πινυμ* vero, sive  
*απὸ τῆς βίβου* potum sensus potius ligare, & veterno aut caro quid  
 simile inducere, quibus qui laborant, in dorsum & supini  
 15 soleant procumbere. Rem pluribus aliquanto diducit Le-  
 vinus Lemnius de Occult. nat. mirac. lib. II. cap. XIX. *Quum*  
*autem omnes, inquit, madidi vinoque perfusi ridiculos Comi-*  
*cosque mores exprimant, tum nulli magis moriones agunt, ri-*  
*sumque obviis excitant, quum vultum atque oculos gestusque spe-*  
*ctamus, quam qui ex zytho, qua nobis biria dicitur, temulen-*  
*ti sunt. Illi siquidem non in omnem partem corruunt, sed re-*  
*trorsum duntaxat & supini. Qui vero ex vino ebrietatem*  
*contraxerunt, antrorsum proruunt, ac proni decumbunt. Sic*  
*ut isti genas, frontem, faciem naresque inutile est: illi scapu-*  
*las & occipitium, ubi in terram devolvuntur. Quod ipsum*  
*etiam spectare licet, ubi inter pocula somno corripiti solent. Ex*  
*cervisia enim uvidi, capite in cervices devoluto, hiantique ore*  
*dormiunt. Ex vino autem facie mentoque in pectus inclinato.*  
*Ratio est, quod fugri vaporesque ex vino sinciput, partesque cor-*  
*poris anteriores occupant: excervisia occiput, partesque posticas*  
*obsident. Quo fit, ut isti obliviosi sint ac somnolenti, minime-*  
*que loquaces ac clamosi. Paulo aliter, & ex propriis princi-*  
*piis rem expedire conatur magni olim nominis philoso-*  
 phus, Franc. Bonamicus lib. III. de Alimento, cap. XIX. &  
 prater



prater mentem Aristotelis præsupponit vini potores ad la-  
 tera, zythi amatores antrorsum ferri. Verba ejus sunt ista:  
*Zythum* (potus ex hordeo quicumque) *crassius est atq̃, fri-*  
*gidius: quare in maiori copia potandum est, ut inebriet; &*  
*difficilius coquitur: obtinet ergo multum materia: propterea*  
*pondus afferens thoraci, detrahit pronum. Hac enim est gra-*  
*vium natura, ut perpetuo subsideant. Quod si quo modo vino*  
*catur: crassos fumos exhalat ad caput, ubi sunt commissura*  
*nervorum: proin sicut mortui, dissolutis compagibus universi*  
*corporis, supini jacent: sic ebrii ex Zytho. A vino autem non*  
*requiritur tanta materia copia, qua pondere deprimat; neq̃,*  
*tam crassi vapores exhalantur, qui conjunctionem universi*  
*corporis revellant; ergo neq̃, proni, neq̃, supini. Prout autem*  
*materia delata est ad hepar, aut ulterius pervenit ad cor; sic*  
*in sinistram dextramve partem procumbunt, & pars oppressa*  
*delabitur. Nam fumi exhalati à vino prius tentant caput,*  
*quam corpus vini, tota q̃, materies se contulerit in loca coctio-*  
*nis. Si ergo talis fuerit, ut prius digeratur, quam perveniat*  
*ad cor; ad dextram declinat, ubi residet hepar: si quid ulterius*  
*flagitet, transilit hepar; quare deflectit ad sinistram. Hic*  
*namq̃, materia rationem habemus, non autem principij, quod*  
*manifesto vergit in dextram & in anticam partem, est etenim*  
*in mucrone principium & in ventriculo dextro; quod deflectitur*  
*in eas partes. Namq̃, hoc in ebrietate statuendum est, eam fi-*  
*eri in secunda coctione, qua ministratur ante, quam alimen-*  
*tum delatum fuerit ad caput, indeq̃, tanquam postliminio re-*  
*dierit ad cor. Hactenus Bonamicus. Obscura vero sunt e-*  
*jus hæc verba, nec intelligi queunt, nisi tota ejus de nutriti-*  
*one doctrina prius explicetur: quod facere non huius est*  
*loci, nec, ut fiat, necessarium est. Frustra enim in ejus rei ra-*  
*tione reddenda laboramus, qua non uno semper & eodem*  
*modo se habet. Experientia siquidem testis est, & quidem 16*



- omni exceptione major, non vinum tantum, sed & hordeaceos potus caput gravare, & καρηβαριως esse, ac καρβοβαριαν inducere, quam *capitis gravitatem* ex humorum & excrementorum repletionem vocat Hippocrates lib. de vict. rat. in morb. ac. Et vicissim vinum etiam καρωλικόν quid inducere valet, æque ac pinum, cæteri que potus hoc genus. Et tam vino quam pino largius invitatos, nunc pronos, nunc supinos, concidere, nunc in latera ferri conspiciamur.
- 18: Ipse Polyphemus Homericus Odysf. 1 π. ab vti, seu Ulyffe, non pino, sed meraco Liberi flore lauciatus, non pronus statim, nec in latera, sed supinus primam, tandem cervicem obliquatus procubuit.

Ἡ γὰρ ἀνακλιθεὶς πέσεν ὑπὲρ αὐτὰρ ἑσπεῖα  
 κείτ' ἀποδοχμάσους παχὺν ἀυχέαια,  
*Namq; reclinatus cecidit resupinus: & inde  
 Crassa obliquatus iacuit cervice.*

Ubi igitur experientia, & quæ in sensus incurrunt, fidem rei faciunt, ἐνηγές fuerit rationum conquestis momentis, ut contrarium aut diversum quid ostendas, allaborare.

## CAPUT SEXTUM.

### SUMMARIA.

1. βρύον.
2. βρυτίον, diminutivum.
3. an à verbo βρύω.
4. Versus de eo Sophocles. §. à Casaubono emendatus.
5. duo item versus AEschyli.
6. Archilochi versus.
7. Similiter emendati.
8. αὐλός, ἀρνὴς.
9. ἑλύξεν.
10. κωβάβηα.
11. de bryto Hecates locus.
12. βρύτον Pæonum potus.
13. de bryto locus Hellenici.
14. & Theophrasti.
15. Pro βρυτίου Barthius legit βρυτίον.
16. & apud Hesychium, βρυτὶ ζῆλον.
17. item pro βρυτὶ βύελον.
18. Cluverius βρυτὶν.
19. κωβήσεν.
20. De lectis nibus omnibus dubitatum.

**S**i Athenæum sequi velimus, de βρυτῶ: nunc porro nobis agenda